


1430. Primis Januar.

Ex Orig. Arch. Regni

Advocatis Bielscensis Donatio ab
Alexandro ^{Vitoldo Magno Duce Lituanico} ~~rege~~ Andrea Advocato.



In nomine Domini amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Nos Alexander, alias Witoldus
Dei gratia magnus Dux Lituanico, Rus-
sie etc. Significamus tenore presentium,
quibus expedit universis presentibus, et
futuris presentium notitiam habituris.
Quomodo De proventibus censuum, tributo-
rum, et obsequiorum in terris nostris duc-
tus magni Lituanico sagaciter providere
cupientes, solitudines nemorum ad humanos
usus aptas decrevimus collocare sancte
Romane Ecclesie cultoribus quibuscunque,
ut exinde in partibus neophitorum fide au-
gmentante laus, et gloria Divini cultus ube-
rius augeatur, Unde oppidi nostri Bielsko in
Terra Drohicensi iacente conditionem cupi-
entes facere meliorem, ut eò celerius poterit
collocari provisione sollicita boni advocati me-
diante advocatiam nostram ibidem in Bielsko
honesto viro Andrea, et suis successoribus
legitimis cum duobus lancis in vulgari vob-
li dictis liberis, et uno molendino, ubicunque
illud in metris dicti oppidi Bielsko face-
re, et construere poterit, Dedimus, et inscripsi-
mus, presentibus Damus, et inscribimus per-
petuo, et in eorum, ita tamen, quod ad eun-
dem oppidum Bielsko tantum ritus Romani
homines.



homines Polonos videlicet, et Theutinicos
de alienis provinciis tenebitur collocare,
et vocare, Ruthenis antiquis ibidem, et cir-
cumquaque residentibus in eorum metis,
et gadibus, in nullo peritus dampnum, et
preiudicium faciendo. Ad hoc autem ut
dictum oppidum Bielsko eo celerius po-
terit collocari, omnibus, et singulis dicti
oppidi incolis locatis, et locandis a die
data presentium per quinquennium
ab omnibus nostris, et castorum nostrorum
laboribus, solutionibus, contributionibus,
et angariis universis plenam, et omnino-
dam concedimus libertatem. Qua quidem li-
bertate expirata advocatus, et sui successo-
res legitimi nobis, et nostris successoribus
ad quavis servitia obligabitur facienda,
ad que servitia ceteri advocati aliorum
oppidorum nostrorum obligantur facienda.
Incola aut oppidani supradicti oppidi no-
stri Bielsko ad census, solutiones, contribu-
tiones, et exactiones libertate predicta expi-
rata similiter tenebuntur prout ceteri oppi-
dani aliorum oppidorum nostrorum, exactio-
nantur, et teneantur. Harum, quibus sigil-
lum nostrum maiestaticum est appensum, be-
stimonio literarum. Actum, et datum in
Grodno feria secunda infra octavas circum-
cisionis Domini. Anno Domini mille-
simo, quadringentesimo tricesimo. Presenti-
bus strenuis, et nobilibus Dominis Gre-
gorio de Dalewicze, Nicolao Slauka
De Lapcow heredibus, Jacobo de Kobi-
lani

11.
lani mareschales curie nostrae, Stromilone Ge-
orgio supremo cubiculario nostro, Bartho-
lomeo De Goska, Johanne Lutheke De Brzece
secretarius, Nassutha woyewoda Drohiciensi
nostris fideliter dilectis, et aliis quam pluri-
ribus fide dignis testibus tunc circa premissa.

Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a header or title.

Several lines of very faint, illegible handwriting in the upper middle section.

Multiple lines of extremely faint, illegible handwriting in the middle section.

Bottom section containing several lines of very faint, illegible handwriting.